DON AMBROSIO IGNACIO SPINOLA Y GVZMAN, POR LA GRACIA DE DIOS, Y DE LA SANTA SEDE APOSTOLICA ARZOBISPO DE SEVILLA, DEL CONSEJO DE SV MAGESTAD, &c.

A LOS MVY AMADOS HERMANOS NVESTROS

el Dean, y Cabildo de nuestra Santa Iglesia Metropolitana: à los Abades: y Cabildos de las Colegiales: à los Reverendos Prelados de las Religiones, à los Vicarios, Beneficiados, Curas: à los demas Eclesiasticos, Seculares, y Regulares, y demas Fieles deste nuestro Arçobispado, de qualquier estado, y condicion. Salud en Nuestro Señor Iesu Christo, que es verdadera salud.



AZEMOS Saber: Que la Santidad de N. Beatissimo Padre, y Señor CLEMENTE, por la Divina Providencia Papa X. considerando, que aunque el S. Concilio Tridentino providamente dexo dispuestos los requisitos que necessitan los que han de predicar, y que han de oir confessiones Sacramentales: todavia en algunas partes, con ocasion de privilegios por la S. Sede Apostolica concedidos a Regulares, han excitadose algunas dudas acerca de dichos requisitos, de las quales en adelante podrian seguirse controversias, y dissension. Y aunque las dichas dudas, y controversias, ya por diferentes Constituciones, y Declaraciones Apostolicas han sido otras vezes determinadas; sin embargo, para mas bien desarraigar de todo punto discordias, y en adelante dexar assentada mas firmemente la paz, ha acordado su Santidad revalidar, y confirmar con nuevas letras las dichas Determinaciones Apostolicas juntandolas en uno. Y poniendolo en efecto, de consilio Eminent. S. R. E. Cardinalium, & Rom. Curiæ Prælatorum, & ex certa scientia, & matura deliberatione, ha mandado publicar, y se ha publicado esta general, y perpetua Constitucion, y Declaracion Apostolica, que ha sido a Nos remitida, deste tenor que se sigue.

SANCTISS. D. N. CLEMENTIS

Divina Providentia Pap. X. Constitutio in qua Regularium privilegia quo ad prædicationem Verbi Dei, & Sacramenti Pœnitentiæ administrationem declarantur.

CLEMENS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

SVPERNA Magni Patris familias præordinatione creditum Nobis universalis Ecclesiæ mysticum agrum circumspecta providentia custodire, atquè excolere (quantum ex alto conceditur) satagentes: animum in eas curas libentèr intendimus, quibus valeant dissidia inter villicos, & operarios componi: iurgia tolli: scandalis, atquè of-

 of-

offensionibus aditus præcludi: vt quibus vna Fides, vna Mater Ecclesia, & vnus Dominus (qui charitas est, & pacis cogitans cogitationes) fiat etiam cor vnum, atque anima vna: sic etenim evulsis opportunè zizanijs, dum plantamus, & rigamus, incrementum dabit Deus: Quo benedicente, messis multa fructu centesimo cæleste in horreum congregabitur.

Sanè cum Sacri Concilij Tridentini decretis providè statutum fuerit, vt Regulares cuiuscumquè Ordinis, nisi a suis Superioribus de vita, moribus, & scientia examinati, & approbati fuerint, ac de eorum licentia, (etiam in Ecclesijs suorum Ordinum) prædicare non possint: cum qua licentia personaliter se coram Episcopis præsentare, & ab eis benedictionem petere teneantur, antequàm prædicare incipiant; In Ecclesijs verò, que suorum Ordinum non sunt, vltrà licentiam suorum Superiorum, etiam Episcopi licentiam, gratis ab eo dandam, habere teneantur; Sinè qua in ipsis Ecclesijs non suorum Ordinum nullo modo prædicare possint: atque vt nullus sæcularis, sivè Regularis (etiam in Ecclesijs suorum Ordinum contradicente Episcopo) prædicare præsumat: itidemquè cum nullus Sacerdos Regularis possit confessiones Secularium, etiam Sacerdotum audire; nec ad id idoneùs reputari, nisi aut Parochiale beneficium obtineat, aut ab Episcopo per examen, si illi videbitur esse necessarium, aut aliàs idoneus iudicetur; & approbationem, quæ gratis detur, obtineat: privilegijs, & consuetudine quacumque non obstantibus. Innotuit Nobis dubitationes nonnullas circà Benedictionem, Licentiam, Contradictionem, Examen, & Approbationem eiusmodi in aliquibus Diœcesibus excitatas fuisse; ex quibus controversiæ, & dissensiones per multæ in diem subsequi possent, occasione privilegiorum, quæ per Sedem Apostolicam religiosis Ordinibus concessa fuerunt.

Nos attendentes, quod aliàs diversis temporibus prædictæ dubitationes, & controversiæ nonnullis Prædecessorum Nostrorum Summorum Pontificum Constitutionibus, earumquè Declarationibus definitæ fuerint; eiusmodi Definitiones in vnum collectas, vt magis, magisquè dissensionum tollantur semina, & in posterum firmior in Agro Dominico pax Christi floreat: pro Summo, quo fungimur Apostolatus Officio novis Apostolicis litteris muniendas duximus, & roborandas. Itaque de consilio nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, & dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum pietate, doctrina, & prudentiâ præstantium, & matura deliberatione nostra, atquè ex certa scientia; hac generali, & perpetuò valitura Constitutione decernimus, ac declaramus.

Regulares, qui in Ecclesijs sui Ordinis prædicare voluerint, teneri ab Episcopo Diœcesano Benedictionem petere; Prædicare tamen posse, quamvis illam non obtinuerint. Quod si Episcopus Benedictionem nedùm non concesserit; sed etiam contradixerit: nec in prædictis quidem Ecclesijs licere Regularibus prædicare. Eosquè contravenientes, ab illo tanquàm Sedis Apostolicæ Delegato, Censuris, alijsque pœnis Ecclesiasticis in vim Constitutionis fel. rec. Gregorij XV. Prædecessoris Nostri, incipientis; *Inscrutabili Dei providentia*, coerceri, & puniri posse. Episcopum tamen absque iusta, & rationabili causa contradicere non debere. Et huiusmodi Benedictionem teneri etiam Regulares petere, si in quibuscumque Oratorijs sui Ordinis sermonem coram Populo, vel in Ecclesijs, aut ad Crates Monasteriorum Sanctimonialium eorum iurisdictioni subiectarum (licet clausis ianuis, & nullus Sæcularis ibi intersit) habere voluerint. Posse autem Episcopum licentiam concessurum Regularibus, in Ecclesijs, quæ suorum Ordinum non sunt, prædicare volentibus, illos, quamvis ab Vniversitatibus, aut à Magistratibus laicis nominatos, etiam si Episcopi Antecessores per tempus immemorabile hanc licentiam absque examine concedere consueverint: quoad doctrinam examinare; si ita ipsis arbitrio (quod mo-

de-

deratum, & discretum esse debet) visum fuerit. Et licentiam prædicandi semel iisdem concessam, ob rationabiles causas, licèt occultas, prædicationem tamen concernentes, suspendere. Non posse tamen Episcopum generatim prohibere Regularibus, quin in Ecclesijs suorum Ordinum prædicent.

Ad hæc Religiosos ab Episcopo ad Confessiones sæcularium in sua Diœcesi audiendas approbatos, non posse in alia Diœcesi eas absquè Episcopi Diœcesani approbatione audire: quamvis pœnitentes subditi sint eius Episcopi, à quo ipsi Religiosi iam fuerant approbati. Et generaliter approbatos ab Episcopo ad personarum sæcularium confessiones audiendas, nequaquam censeri approbatos ad audiendas confessiones Monialium sibi subiectarum; sed egere, quo ad hoc, speciali Episcopi approbatione. Atquè approbatos pro audiendis confessionibus Monialium vnius Monasterij, minimè posse audire confessiones Monialium alterius Monasterij. Itidemque Confessores extraordinarios semel deputatos, atque approbatos ab Episcopo ad Monialium confessiones pro vna vice audiendas, haud posse, expleta deputatione, in vim approbationis huiusmodi illarum confessiones audire; sed toties ab Episcopo esse approbandos, quoties casus deputationis contigerit. Cæterum in Monasterijs, ac etiam Collegijs, vbi iuxta Regularia instituta vivitur, posse tam Prælatos Regulares, quàm Confessores Regularium eorundem Monasteriorum, seu Collegiorum audire confessiones illorum Sæcularium, qui inibi sunt vere de familia, & continui commensales; non autem illorum qui tantum ipsis deserviunt. Illos autem Religiosos, qui ad confessiones audiendas idonei generaliter reperti fuerint, ab Episcopis generaliter quoque, & indistinctè absque aliqua limitatione temporis, certorumque locorum, aut generis personarum in Diœcesi propria admittendos. Quoad cæteros verò, qui non adeò idonei reperientur, si petierint se admitti, arbitrio Ordinariorum relinqui, ipsos cum limitata facultate, prout eisdem Ordinarijs magis expedire videbitur, probare, & admittere. Semel autem simpliciter approbatos posse in Diœcesi Episcopi approbantis quovis anni tempore etiam Paschali, & quorumcumque etiam infirmorum confessiones audire, absque vlla Parochorum, vel ipsius Episcopi licentia: de qua tamen confessione teneri dictos Religiosos eorundem infirmorum Parochum illicò certiorem reddere. Et hoc posse illis ab Episcopo sub pœna suspensionis à facultate audiendi confessiones præcipi: Sufficere tamen, vt certioratio huiusmodi fiat saltem per scripturam apud ipsum infirmum relinquendam.

Et eos, qui dictis Religiosis simpliciter approbatis Paschali tempore confessi fuerint; Constitutioni, quæ incipit: *Omnis vtriusque sexus*, quoad Confessionem dumtaxat satisfecisse censendos. Regulares verò ad eiusmodi confessiones audiendas prævio examine simpliciter, & absque vlla temporis præfinitione ab ipsomet Episcopo (secus autem si ab eius Vicario, aut ab Antecessoribus Episcopis) approbatos, non posse ab eodem, qui sic approbavit, iterum examinari, aut ab eisdem Confessionibus audiendis suspendi, seù licentias illis concessas revocari; nisi nova superveniente causa, quæ ipsas Confessiones concernat. De qua tamen haud necessarium esse, vt in actis constet: nec eam teneri Episcopum ipsis Regularibus significare; sed Sedi Apostolicæ dumtaxàt, vbi eam sibi aperiri postulaverit. Porrò si Regulares cum scandalo, aut aliàs inhonestè vivant; vel aliquod delictum committant, per quod rationabili Episcopi iudicio videantur à Confessionibus suspendendi (in quo ipsiùs Episcopi conscientiam oneratam esse volumus) cum præcipua Ministri Sacramenti Pœnitentiæ qualitas sit vitæ integritas, ac morum honestas; vtique eam causam ad Confessionis Ministerium pertinere, ac proinde nihil obstare, quominùs ob eam possit Episcopus Regulares à semetipso approbatos suspendere, aut repellere à Confessionibus audiendis. Attamen Confessiones audiendi facultatem omnibus simul vnius Convẽtus Re-

Regularibus Confessoribus adimi ab Episcopo inconsulta Sede Apostolica nullatenus posse. Ex facultatibus per Mare Magnum, aliave privilegia Regularibus cuiuscumque Ordinis, Instituti, aut Societatis etiam Iesu concessis, factam eis non esse potestatem absolvendi in casibus ab Episcopo sibi reservatis. Et per Confirmationes dictorum Privilegiorum, quas Regulares à Sede Apostolica post Sacrum Concilium Tridentinum obtinuerunt; nequaquam revixisse privilegia priùs ab eodem Concilio, aut deinde Apostolicis etiam Decretis sublata, atque extincta, si quæ habeant, absolvendi à casibus Episcopo reservatis.

Et habentes facultatem absolvendi ab omnibus casibus Sedi Apostolicæ reservatis, non ideò à casibus Episcopo reservatis posse absolvere. Posse autem Regularem Confessorem in ea Diœcesi, in qua est approbatus, confluentes ex alia Diœcesi, à peccatis in ipsa reservatis; non autem in illa, vbi idem Confessor est approbatus, absolvere; nisi eosdem Pœnitentes noverit in fraudem reservationis ad alienam Diœcesim pro absolutione obtinenda migrasse. Vigore supradictorum privilegiorum nequaquàm licere Regularibus, etiam satisfacta parte, absolvere Pœnitentes à Censuris quoad externum, & iudiciale forum. Et absolutos ab eis in foro Pœnitentiali, vtique non censeri absolutos in exteriori iudicio, & contentioso. Quinimò Censuris Ecclesiasticis irretitos, & denunciatos ab Episcopis cogi posse gere se pro talibus, etiam si à Regularibus fuerint absoluti. Quoties exhibitis aliquibus Regularium Apostolicis Privilegijs coram Episcopo, ab eo iudicetur ipsa non suffragari casui, de quo agitur: si dictorum Privilegiorum verba obscura sint, & ambigua; non esse ad Metropolitanum provocandum; sed, cum eius sit interpretari, cuius est concedere, dictorum Privilegiorum interpretationem Sedis Apostolicæ iudicio, prout aliàs Constitutione Prædecessoris Nostri fel. rec. Clementis IV. Statutum fuit, esse requirendum.

Decernentes sic, & non aliàs per quoscumque Iudices Ordinarios, vel Delegatos, quavis auctoritate, & dignitate fungentes, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, & Nuncios, & quosvis alios (sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate) iudicari, & definiri debere. Irritum quoque, & inane quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus quibusvis Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis in favorem quarumcumque personarum, atque quorumvis Ordinum, tam Mendicantium, quàm non Mendicantium, Militiarum etiam Sancti Ioannis Hierosolymitani, Congregationum, Societatum etiam Iesu, ac cuiusvis alterius Instituti (etiam necessariò, & in individuo exprimendi) Monasteriorum, Conventuum, Capitulorum, Ecclesiarum, & aliorum quorumcunque tam Secularium, quam Regularium locorum, necnon illorum, etiam Iuramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, vel consuetudinibus, etiam immemorabilibus: exemptionibus quoque, Indultis, & privilegijs, etiam in corpore Iuris clausis, aut ex causa, & titulo oneroso, vel in limine fundationis concessis, etiam Mari Magno, seu Bulla Aurea, aut aliàs nuncupatis: Conservatorum deputationibus, eorumque, atque alijs inhibitionibus (quibus Episcopi deferre minimè teneantur) & quibusvis alijs sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut alijs quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis, quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mētio,

seu

seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis quoad ea, quæ eisdem præsentibus adversantur, illis alias in suo robore permansuris, harum serie specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Cæterum quia difficile foret præsentes literas ad singula quæque loca deferri, vt eæ tamen omnibus innotescant, mandamus illas ad Valuas Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, atque Cancellariæ Apostolicæ, & in Acie Campi Floræ affigi, & publicari. Volentes, quod earundem præsentium litterarum transumptis etiam impressis, manu tamen alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo Prelati, seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis in iudicio, & extra illud, vbi opus fuerit, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis originalibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum Decreti, Declarationis, Derogationis, Mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo septuagesimo. Vndecimo Kalendas Iulij. Pontificatus Nostri Anno Primo.

G.Dat.

Visa de Curia P. Ciampinus. I. G. Slusius.

D.Ciampinus.

Anno à Nativitate D. N. IESV CHRISTI 1670. Inditione 8. die verò 2. mensis Augusti. Pontific. autem SS. in Christo Patris, & D. N. D. CLEMENS Divina Providentia PP. X. anno eius primo, præsens Constitutio affixa, & publicata fuit ad Valuas Ecclesiæ Lateran. Basilicæ Principis Apost. & Cancell. Apost. & in Acie Campi Floræ, locis solitis, & consuetis Vrbis per me Hilarium Centellum SS. D. N. Papæ Curs. Petrus Marcheratus Mag. Curs.

ROMÆ, Ex Typographia Reverendæ Cameræ Apostolicæ. M. DC. LXX.

1 *DE suerte, que determina, y declara su Santidad, que los Regulares precisamente son obligados a pedir al Diocesano la Bendicion para predicar en sus Conventos, ò en otra qualquiera parte à dichos Regulares sugeta. Y que pedida puedan predicar en dichos sus Conventos y partes, aunque no la obtengan.*

2 *Que si el Diocesano no solo no la otorgare, sino expressamente contradixere (lo qual sin justa causa no hara) no les sea licito a dichos Regulares ni aun en las dichas partes predicar: quedandole sujeto el contraveniente à la correccion de las Censuras, y otras Eclesiasticas penas.*

3 *Que pueda el Diocesano, si a discreto, y moderado arbitrio le pareciere, examinar en Doctrina à los Regulares que huvieren de predicar fuera de sus Conventos. Y esto sin que razon alguna en contrario pueda obstar.*

4 *Que la licencia vna vez concedida à los Regulares, la pueda el Diocesano suspender por causa razonable aunque oculta, si bien perteneciente à Predicacion. Pero que generalmente no pueda prohibir à los Regulares, que prediquen en sus Iglesias.*

✠

5 Que el Religioso aprobado para confessiones de Seculares en vna Diocesi (v.g. en Sevilla) no pueda en otra (v.g. en Cordova) oirlas, sin especial aprobacion del otro Diocesano: v.g. del Cordubense. Y esto aunque el penitente sea del Obispado para donde el Religioso tiene ya la aprobacion: v.g. de Sevilla.

6 Que los aprobados generalmente para confessiones de seculares, no se entiendan por esso aprobados para Religiosas sujetas al mismo Obispo, porque para esso necessitan de especial aprobacion.

7 Que los aprobados señaladamente para las Religiosas de vn Monasterio, no puedan por esso oir confessiones de Religiosas de otro Monasterio.

8 Que de la misma suerte los señalados por vna vez para vn Monasterio, no puedan despues de aquella vez bolver à oir las mismas Religiosas del mismo Monasterio: porque tantas vezes quantas fueren señalados, han de tener para ello especial aprobacion.

9 Que en los Monasterios, y Colegios de Instituto Regular puedan, assi sus Prelados, como sus Confessores, oir las confessiones de sus verdaderamente Familiares, y continuos Commensales; no de los otros que solamente les sirven sin ser verdaderamente alli de la Familia, y Commensales continuos.

10 Que los Religiosos hallados por el Obispo idoneos generalmente para confessar, sean tambien, como es razon, generalmente admitidos sin distincion, ni limitacion de tiempo, de lugar, ni de personas.

11 Que los otros hallados no tan idoneos, quede à arbitrio del Ordinario el admitirlos con la limitacion que mas le parezca convenir.

12 Que los dichos Regulares vna vez aprobados sin limitacion, puedan en la Diocesi del Aprobante, en qualquier tiempo, y en la Pasqua, oir qualquier confession, y tambien de los enfermos, con tal que de los enfermos luego sin dilacion lo hagan saber à su Parroco, à lo menos por vn papel que dexen al enfermo, à lo qual por el Obispo con suspension de la licencia puedan ser obligados. Y que aquellos que en dicho tiempo de Pasqua se confessaren con dichos Religiosos, se entienda aver satisfecho al Precepto de confessar, no con el de comulgar, que se cumple en la Parroquia.

13 Que los dichos Regulares examinados, y aprobados por el Obispo sin limitacion de tiempo para confessar, no puedan ser bueltos à examinar por el mismo Obispo, ni serles suspendidas, ni revocadas las licencias, si no fuere que sobrevenga nueva causa concerniente à confession.

14 Que lo dicho no se entienda quando los Religiosos no fueron examinados, y aprobados por el mismo Obispo, sino por su Vicario, ò otro Obispo antecessor.

15 Que la dicha nueva causa concerniente à confession, no aya de ser necessario que conste por escrito, ni que el Obispo la muestre à los Religiosos, sino que baste manifestarla a la Sede Apostolica quando lo demandare.

16 Que si los dichos Religiosos vivieren con escandalo, ò con inhonestidad, ò cometieren algun delito, por el qual parezca razonable al Obispo el deverlos suspender (sobre lo qual se le encarga la conciencia) en tal caso (como la principal qualidad del Confessor sea la integridad de la vida, y honestidad de costumbres) essa causa se entienda concerniente à confession: y por tanto pueda por ella el Obispo suspender, y repeler, etiam aviendo sido aprobados por el mismo.

17 Que de ninguna suerte pueda el Obispo quitar las licencias de confessar à todos juntos los Religiosos de vn Convento, sin consulta sobre ello de la Sede Apostolica.

18 Que ni por las facultades del Mare Magnum, ni por otros algunos privilegios concedidos à Regulares de qualquier Orden, ò Instituto, etiam de la Compañia de Iesus, no se les da facultad para absolver de los casos reservados al Obispo. Y que por confirmaciones que Regulares ayan sacado despues del Concilio, no han revivido los privilegios que el Concilio quitò, y han quitado despues Decretos Apostolicos, de absolver de dichos casos. Y que esto es en tanto

gra-

grado, que aun los que tienen facultad para absolver de todos los reservados à la Sede Apostolica, no la tienen por esso para absolver de reservados por el Obispo.

19 Que el Confessor Regular en la Diocesi donde està aprobado (v.g. en Sevilla) pueda absolver à los que vinieren de otra Diocesi con casos reservados en ella (v.g. en Cordova) pero no de los casos reservados en Sevilla. Lo qual se entienda si no fuere que el Confessor conozca, que el penitente en fraude de la reservacion se passò de su Diocesi por la absolucion à la agena.

20 Que en virtud de dichos privilegios no puedan los Regulares, etiam satisfacta parte, absolver los penitentes de las censuras en que estuvieren incursos en quanto al fuero exterior: porque en èl deven tratarse por tales excomulgados, y pueden por el Obispo ser obligados à ello, aunque en el penitencial los Regulares ya los ayan absuelto.

21 Que todas las vezes que exhibidos privilegios de Regulares ante el Obispo, le parezca que no sufragan al caso; si sus palabras dudosas requieran declaracion, como quiera que interpretar toque à quien hizo la ley, no se recurra por ella ante el Metropolitano, sino à la Sede Apostolica, como ya la Santidad de Clemente IV. lo dexò determinado.

22 Y manda finalmente su Santidad, que segun esto, inviolablemente se juzgue en todo tiempo, en toda parte, en todo caso, por todo Iuez, quitada à todos totalmente en adelante la facultad de juzgar de otra manera, è irritado todo lo que atentadamente fuere juzgado en contrario, sin embargo de privilegios, disposiciones, favores, etiam concedidos à San Iuan de Ierusalen, etiam à la Compañia de Iesus.

E Nos, recebida la dicha Constitucion Apostolica con la devida veneracion, y aceptandola, y queriendola publicar, y hazer notoria en todo este Arçobispado, para que à todos llegue su noticia, y todos sepan lo que sobre estas materias Motu proprio, ha determinado su Santidad: por la presente (aunque bastantemente promulgada dicha Constitucion en Curia Romana, en los lugares acostũbrados, como della parece) a todas las personas sobredichas, y à cada vna en especial, la intimamos, notificamos: y la hazemos saber. Y mandamos, que en vn dia de Fiesta, en nuestra Santa Iglesia Catedral se lea, y publique, y en la Colegial del Salvador: y que los Vicarios, y Curas en sus Iglesias la hagan publicar, y leer, y dello pongan razon en nuestra Secretaria. ✠ Y à todos los sobredichos damos nuestra bendicion. ✠ Dada en Sevilla en nuestro Palacio Arçobispal en quatro dias del mes de Febrero de 1671.

Amb. Ig. Arbpo. de Sevilla.

Por mandado del Arçobispo mi señor.

Don Pedro Valençuela.

ublicacion en la anta Iglesia Metropolitana.

En la Ciudad de Sevilla en Domingo quinze dias del mes de Março de mil y seiscientos y setenta y vn años, yo el Notario publico Apostolico infrascripto, estando en la Santa Iglesia Metropolitana desta Ciudad, y en ella celebrandose las Horas, y divinos Oficios, y mucha gente presente para los oir, y despues de averse cantado el Evangelio de la Missa mayor, subì al Pulpito, y en èl leì, y publiquè en altas, è inteligibles vozes el Edicto del Illustrissimo, y Reverendissimo Señor Arçobispo de Sevilla, mi señor, contenido en las quatro fojas de letra de molde antecedentes, y Bulla en èl inserta de verbo ad verbum, y segun, y como està escrito, de que doy fee.

Antonio de Espinosa Notario.

Publicacion en la Collegial del Salvador.

En la Ciudad de Sevilla en diez y nueve dias del mes de Março de mil y seiscientos y setenta y vn años, dia del Glorioso Patriarca San Ioseph, yo el Notario publico Apostolico infrascripto, estando en la Iglesia Collegial de nuestro Salvador desta Ciudad, y en ella celebrandose las Horas, y divinos Oficios, y mucha gente presente para los oir, y despues de averse cantado el Evangelio de la Missa mayor, subì al Pulpito, y en èl leì, y publiquè en altas, è inteligibles vozes el Edicto del Illustrissimo, y Reverendissimo Señor Arçobispo de Sevilla, mi señor, contenido en las quatro fojas de letra de molde antecedentes, y Bulla en èl inserta de verbo ad verbum, y segun, y como esta escrito, de que doy fee.

Antonio de Espinosa Notario.